



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

93. An taciturnitas prioris dispensationis obtentæ reddat posteriorem
invalidam? Et an si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata,
& illa mortua, secundam petat pro alia in eodem, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationibus. Resol. XCII. 233

referit. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 201. nam. 23. Mafcard. probat. conclusio 846. num. 8. Gottier. q. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 51. Flamin. de resign. benef. lib. 10. quæstio 2. num. 14. Suarez tom. de Ratiq. tract. de votis lib. 1. cap. 20. num. 5. Sanchez lib. 8. de Matrimon. dispu. 21. num. 16. Et idem bene inquit Menoch. Mafcard. Gutier. Suarez & Sanchez ibidem quando ex consuetudine Principis, qualitas aliqua narranda est, quia consuetudo pro lege obseratur, i. minime, ff. de legib. Ex quo fit, neque ignorantiam excusat harum qualitatum taciturnitatem, sicut idem diximus de qualitatibus iure exprimitur. Excusat autem à subceptione, expressio harum qualitatum per æquipollens, vel si probatur per testes, Principem sciuisse illud, quod expessum non fit, & nihilominus gratius concessum, vt censuit Rota Romana, teste Flaminio de resign. benef. lib. 10. quæstio 2. num. 9. Et hac omnia fatis confirmant ea, quæ suprà docuit P. Amicus; & ideo recordabo ab his qui dixi in tract. de legib. resol. 42. cum Heniquez. & aliis.

9. Non deferam tamen hic obiter adnotare, multos assertere, non ex omni veritatis taciturnitate reditum subrepertium, quamvis ea cognita Principis non concessisset, sed tunc solùm, quando taceant veritas quam iura habent exprimi. Et ita docet glossa in Clement. 1. verb. vel alteri, de probab. Flaminio de resign. benef. lib. 6. quæstio 2. num. 86. & lib. 10. quæst. Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap. 2. n. 6. & cap. num. 7. Petrus de Ledesma de Matrimon. quæst. 6. ultim. art. 25. diff. 2. concil. 2. Emmanuel in summa verb. dispensatio, num. 10. Rodriguez 1. part. summa in 1. ed. cap. 238. num. 1. & q. regal. tom. 2. quæst. 46. art. 6.

10. Probatur hac sententia, quia voluntas Principis preluminis talis, qualis est intentio iuris, i. ex facto, in princip. & ibi Bald. ff. de vulgar. ergo ubi iuris intentio ad dispensationis valorem non exigit, expressionem aliius veritatis, nec voluntas Principis preluminet esse, vt ea exprimatur.

11. Sed hoc argumentum parum virget; nam respondet intentionem iuris esse, vt defectus circa causam finalē, seu qualitatem intrinsecam, vitiat gratiam. Nam quando taciturnitas est causa finalē concedende gratia, ita vt ea non existente, minimè concedetur, iura expresse inibet eas qualitates exprimi, quod probatur ex doctrina Bartoli. 1. 1. n. 7 ff. de vulgar. & aliorum Iuristarum, quos referit, & sequitur Menochius de presumpt. lib. 4. presumpt. 34. numer. 2. dicentium, expessum. non tantum dici, quod specialiter dicitur, sed etiam, quod in genere. At in genere statutum est in iure, omnes dispositiones ex gratia voluntate pendentiae, vitiari ex subrepitione circa causam finalē, vt suprà ostensum est; ergo. Addit quod nullo modo intelligi valeret, quando us qualitatem aliquam exprimi iubeat. Nam bene attendamus ad dispensationes, quae Doctores nonnūlū indicant subrepitiones, eo quod veritas aliqua tacita sit, raro incuniebitur, vbi specialiter ius cum qualitate exprimi iubet.

Sed ex doctrina in hac resolutione adducta, reliquendi sunt aliqui casus in particulari.

RESOL. XCII.

An taciturnitas prioris dispensationis obiecta reddat posteriorē inualidam.
Et an si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata, & illa mortua, secundam petat pro alia in eodem gradu, vel diuerso coniuncta, sit valida secunda, licet obtineatur sine mentione prime.
Et quid, si talis persona non fuerit v/a priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris? Ex part. 8. tractat. 3. Resolut. 55.

Et quid, si Pralatus, qui modo dispensat, sit inferior illo, qui dispensare prius noluit?
Imo quid si qui d. spensat, habeat potestatem delegatam, qui vero dispensare noluit, habeat potestatem ordinariam? Ex part. 8. tract. 3. Rel. 54.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Menochius apud Sanchez lib. 8. de marri. dispu. 22. num. 14. eo quod verisimile est, quod si superior recordaret, antea se eandem dispensationem negasse, denud requisitus illam non esset concessurus. Negant, & quidem probabilius, ibidem Sanchez & Suarez lib. 6. de legibus, cap. 22. eo quod nulla sit ratio talem dispensationem dammandam ut inualidam; nec assignata presumptio solido institutum fundamento, cum preciū presumtū debet, superiorem iterum rogatum negatam antea dispensationem concessum, ob nouam subtili supplicationem, qua dispensationis necessitatem magis ostendit. Eadem ratio erit, si negata ab uno superiore, obtineatur ab alio, nulla facta mentione negotiationis ab alio superiore data, vt si ab uno Pontifice negata, obtineatur ab alio; vel negata ab Episcopo, impetretur à Pontifice. Et hæc omnia docet Amicus tom. 5. disp. 6. seqq. 8. num. 120. cui addit Granadum in part. 2. contr. 7. tract. 2. part. 2. dispu. 17. seqq. 5. num. 48. vbi sic sit. Infertur validam esse dispensationem obtentam à superiori, licet ab alio superiori prius petita fuerit, & eam negaverit, & qui dispensationem obtinuit, id non declarat, sed tecatur. Probatur, quia ipse alio habet sufficientem causam, vt cum eo dispensetur, cuncte representationes superiori; quod autem aliis noluerit dispensare, non est sufficiens iudicium, quod iste non dispensatus esset, si id sciret: ergo taciturnitas huius veritatis non obstat valori dispensationis, praesertim cum nullo iure caueatur, vt talis veritas declaretur. Quæ doctrina vera est, etiam si Pralatus, qui modo dispensat, sit inferior illo, qui dispensare prius noluit. Imo licet qui dispensat, habeat potestatem delegatam, qui vero dispensare noluit, haberet potestatem ordinariam, vt bene Suarez, est enim eadem ratio, & accidere potest superiorem nolle dispensare, vel quia scrupulosus est, vel quia magis rigidus, & non propterca tollere ab inferiori potestatem dispensandi, si ipsi videbitur causam esse sufficientem.

Sup. hoc maz
gis latè fu
pra in Refo
luti. 42.

RESOL. XCIII.

An taciturnitas prioris dispensationis obiecta reddat posteriorē inualidam.
Et an si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata, & illa mortua, secundam petat pro alia in eodem gradu, vel diuerso coniuncta, sit valida secunda, licet obtineatur sine mentione prime.
Et quid, si talis persona non fuerit v/a priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris? Ex part. 8. tractat. 3. Resolut. 55.

§. 1. Negant aliqui, afferentes, quantum est ex vi dispensationis, validam esse posteriorem, etiam si nulla mentio fiat de priori, nisi aliunde constet de voluntate Principis, qui minimè concessurus fuisset posteriorem, si mentio facta fuisset de priori, quia tunc videtur sub conditione concessisse posteriorem, nisi aliam priorem concessisset.

2. Distinguunt tandem alij: nam vel utraque dispensatio est propter diuersos fines & effectus: & tunc quantum est ex vi dispensationis, necessaria non est mentio prioris, vt valida sit posterior. Vel utraque est

V 3 propter

proper eundem finem, & effectum: & tunc necessaria est explicatio prioris ad validitatem posteriores. Exemplum primi esse potest: si Diaconus dispensatione nubendi obtinuit, & postea velit aliam dispensationem cum consanguinea impetrare; in quo casu nulla est necessitas mentionem faciendo de priori dispensatione. Exemplum secundi est. Obtinuit quis dispensationem non soluendi decimas, quas debebat ratione vincere, ut eandem obtineat ratione fundi, debet prioris dispensationis mentionem facere. Addunt aliqui, nisi causa, quam dispensandus afferat ad impetrandam posterioram dispensationem, sit per se sufficiens ad talen dispensationem faciendam.

3. *Notandum* est tamen obiter hic ex supradictis cum Sanchez lib.8. disput.22. num.13. quod si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata, & illa mortua secundum petat pro alia in codem, vel diuerso gradu coniuncta, valida erit secunda, licet obtineatur sine mentione prime, quia sunt de rebus distinctis, & una non habet connexionem cum alia, neque aggrauat illam, aut difficultorem reddit, & vnaquaque potest habere propriam causam sufficientem, non obstante alia, & independenter ab illa, etiam si talis persona non fuerit via priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris.

4. Sed quod hoc ultimum dissentit Pater Perez de matrim. disput.46. sect.3. num.5. putat enim in hoc casu esse secundam dispensationem subreptitiam, quia tunc secunda dispensatio coniungitur prima, & ex vtrisque simul resultat una gratia exorbitans, quae non cadit sub intentionem Pontificis; neque enim sine scientia & consensu Pontificis possunt illae duas dispensationes validae simul permanere, quia est indulgentia quaedam nimis extraordinaria. Quare ad valorem secundae, necessarium est exprimere priori, quo illud incommodum vitetur. Unde noui est simile, quando prior dispensatio suum habuit per quem extinta est, nam tunc non confunduntur dispensationes, sed qualibet est unica pro suo tempore: efficit autem simile; si absque vi prior dispensatio fuisset extinta per mortem alterius partis, vel per aliud impedimentum perpetuum, nam tunc ex defectu obiecti evanesceret prima dispensatio, & ideo est imperficiens eius memoria.

5. Sed ego in part.1. tract.de legibus, resol.40. opinio Sanchez adhuc, quam etiam tuerit Layman, & Bonacina. Non nego tamen sententiam Perez, & Suarez esse satis probabilem, quam nullissime tenet etiam Merolla tom.2. disput.4. cap.6. num.446.

RESOL. XCIV.

An qui obtinuit dispensationem ad contrahendum cum affine, vel consanguinea, sed ea minime sit ipsis: postea petens aliam dispensationem cum aliqua alia consanguinea, vel affine teneatur in hac secunda petenda, mentionem prioris dispensationis facere?

Ei cui idem sit dicendum, licet Femina resiliat, non lensus primo consanguineo nubere, ac impetrat posteriorem dispensationem ad nubendum alii, &c.

Ex p.1.tr.10. Ref.40.

*Sap. hoc in
Ref. præteri-
ta à s. No-
tandum est,
vique in si-
nem, sed le-*

*§.1. **H**ic casus in praxi hoc anno mihi proponit. Situs fuit. Affirmatiuam sententiam docet Suarez de legib. lib.6. cap.23. num.20. ubi sic affluit: [Censo in isto casu, posteriorem dispensatio-*

nem esse subreptitiam, & necessarium esse exprimere priorem dispensationem, ut vel Pontifex eius principale renunciationem acceptet, vel illam irritet, vel utramque simul validam esse concedat: alioquin enim verissimum esse censeo, sine scientia, & consensu Pontificis non posse illas duas dispensationes validas simul permanere; quia est indulgentia quaedam nimis extraordinaria, & parum rationi consentanea; & longe verisimilis est, non fuisse Pontificis eam concessuram, si proponeretur.] Ita Suarez. 2. At ego contrariam sententiam probabiliorem esse puto: & illam docet Sanch. de matrim. tom.3. lib.8. disput.22. num.13. & post illum Layman in Theolog. lib.1. tract.4. cap.2. num.20. Gutierrez tract. de matrim. cap.123. num.20. ubi sic ait: [Dubitari possit posse de alia ampliatione eiusdem Autoris: nempe, ut idem sit dicendum, licet feminam resiliat nolens priori consanguineo nubere, ac impetrat posteriorem dispensationem ad nubendum alii: credit enim, in vitroque casu mentionem prioris dispensationis necessariam non esse, eo quod sint super diuersis matrimonii, & neutra habet connexionem cum altera. Et licet haec ratio concludat in praecedentibus dictis: at in hoc posteriore de feminam residente a prima dispensatione; nolentis priori consanguineo nubere, ac impetrante posteriore dispensationem, non videatur sufficiens: siquidem secunda dispensatio est noua gratia in derogationem prioris. Sed nihilominus adhuc credo, hanc ampliationem quoque esse veram ex eo, quod nihil interesse videatur quoad irritationem posterioris, quod feminam haec nubat illi consanguineo priori, vel huic secundo; iuxta mentem, & intentionem Papae concedentis, de quo si ei fuisse facta mentio, cum non remoueret a concessione secundae gratiae, siquidem haec non fuit subreptita in causa finali, nec impulsa.] Ita Gutierrez. Ad argumentum vero Suarez respondetur, quod, licet vtrique dispensatio stare nequeat, tamen in usu illarum datur optio: vel dic, quod per impetracionem posterioris dispensationis impetrans renunciavit priori in manu Pontificis, a quo posteriorem impetravit; & ita ea amplius non nequit, sed sola posteriori.

RESOL. XCV.

An quis obtinuit dispensationem contrahendi cum consanguinea, & postea actu contrahat cum alia, dispensatio illa confessur renunciata, vel renocata? Ex p.8. tr.3. Ref.74.

*§.1. **R**espondet Gordon. in sum. lib.1. quæst.13. Sup. hoc in Ref.74. cap.7. num.1. quod quamvis in hoc terreni statu cessa causa, non cessasse dispensationem datum, sed licetum esse ea utri. Ratio est, quia haec dispensatione solitus vinculum legis, & nulla superterioris renocatio interuenit, ut nunc pono; sola autem causa cessatio non est sufficiens renocatio, tum quia gratia dispensationis iam completa est per legis renocacionem; tum quia non pender in suo esse ab huiusmodi causa. Exemplum afferi solet de eo, qui cum dispensatum est ad Ordines ob paupertatem. Licet enim ante promotionem fiat ditor; tamen non cessat dispensatio. Neque admittendum est haec dispensationem esse datam velut sub conditione, & in quantum exstabat causa. Hoc quidem verum est in his dispensationibus quae inuolunt ex natura rei tractum successuum, ut loquuntur Doctores, v.g. cum quis dispensationem accipit, ne ieiunet in Quadragesima propter infirmitatem corporis. Res enim successionem*